



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Hæreticorum in Bonhomium & Canisium petulantia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

*Militum Christi
militia per-
petua.*

*Hæreticorum
in Bonhomium,
& Canisium
petulantia.*

*Bonhomij de
Canisio testi-
monium.*

*Friburgensium
in eundem ca-
ritatem.*

requietem, quam vt cum vno duntaxat comite mitteretur in incertum, ad nouas aliis inter obstantias sedes parandas. Verum tamen Christi militibus non ante vitam stipendia finiuntur: cum consummauerint tunc incipient. Sola mors missionem date eis. Vnica fides emeritorum est cælum. Ipse met deducendum Dei famulum Bonhomius sumpsit. Dum autem Berna oppido Hæretico transeunt, procax Hæreticorum turba pro Catholicis agnitos contumeliosè accepit: qui & per ludibrium in Oreas Canisij niuem iniecere. Hoc illi auctiores vera gloria Friburgum attigerunt. Hic Bonhomius Canisium Senatu sifstis, impenseque commendat: inter cetera Virum ad eos se duxisse commemorans planè dignum, quæ instar pretiosæ ac sacræ rei haberent, asseruarentque. Haud sanè aliter excepit venerabilem senē, posteaque semper tractauit Senatus, & vniuersa Respublica Friburgensis. Magnifecit eam benignitatem, & dilexit Canisius. Itaq; ipsius ac Friburgensium continuo mirè conciliantur inuicem animi, adeoq; deuinciuntur, vt ad extremum usque pulchro, iucundoq; certamine mutuis semper officiis, caritate, obseruantia, prædicatione con-